CICERO.
Historia est testis temporum, lux veritatis, vitæ memoria, magistra vitæ, nuncia vetustatis.

MATTHÆI PARIS,

Monachi Albanensis, ANGLI, HISTORIA Maior, à Guilielmo Conquæstore, ad vltimum annum HENRICI tertij.

Cum Indice locupletissimo.

LONDINI,
Anno Domini 1571.

imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Benedi-cente Domino, venit apud Ioppē innumera nauium multitudo, cum ingenti copia frumenti & hordei, vini, & omni genere victualium, ita quòd indeficiens abundantia fuit semper in exercitu, vsque ad perfectam reædificationem castri memorati, provt rerum necessitas exigebat.

Archiepiscop⁹ Armeniæ venit in Angliam.

HOC deniq; anno venit in Angliam Archiepiscopus quidam Armeniæ maioris, gratia peregrinationis, vt sanctorum Anglicanę regionis reliquias, & loca venerabilia, sicut & per alia regna fecerat, visitaret. Literas quoq; domini Papæ ad cõmendationem personę suę, viris religiosis & Prælatis ecclesiasticis exhibuit, vt ab ipsis cum debita reuerentia reciperetur, & honorifice tractaretur. Hic demùm, cùm apud S. Albanum veniens, causa orandi Angliæ prothomartyrē, ab Abbate & Conuētu reuerēter susceptus est. Vbi cùm ab itinere fatigatus, ob sui suorumq; recreationem, aliquandiu perendinaret, cœpit per interpretes suos de ritu & religione huius patriæ multa & moribus viuendi inquirere, & de partibus orientis plura admiranda referre. Interrogatus autē inter loquendum ab vno, qui fuit ei assidens collateralis, monacho, si in partib⁹ suis cõceptio beatæ Mariæ celebraretur: respondit: Celebratur vtiq;. & hæc est ratio: quia Angelo nũciante Ioachim condolenti, & inhabitanti tunc desertũ, ipsa cõceptio facta est. Similiter & conceptio B. Iohannis Baptistæ, simili ratione. De conceptione aũt Domini, quę facta est Angelo annũciante Mariæ, quę cõcepit ex spiritu sancto, nulli fidelium venit in dubium. Hæ tres cõceptiones in partib⁹ Armeniæ, vt asseruit, & prędictis rationibus confirmauit, celebrãtur. Interrogatus similiter inter cætera, de Ioseph viro illo, de quo frequens sermo habetur inter homines; qui quando passus est Dominus, pręsens fuit, & locutus est cũ eo, qui adhuc viuit in argumentum fidei Christianæ: si illum aliquando viderit, vel de illo quicquã audierit. Respondit Archiepiscopus, asserēs rem gestam seriatim: & posteà miles quidã Antiochenus, de familia eius, qui interpres illius erat, notus etiam cuidam famulo domini Abbatis, Henrico Spigurnel, exponēs sermones illius, dixit lingua Gallicana: Bene (inquit) nouit dominus meus hominem illum, & pauló antequã iter arriperet ad partes Occidentis, idem Ioseph in Armenia comedit ad mensam domini mei Archiepiscopi, quē multoties viderat & audierat loquentem. Et postmodùm interrogatus de reb⁹ gestis inter dominũ Iesum Christum & eundem Ioseph, respõdit: Tempore passionis Iesu Christi, cùm captus à Iudęis in prætoriũ adductus fuisset ante Præsidem Pilatum, vt iudicaretur ab ipso, accusantibus ipsum cõstanter Iudæis, cùm Pilatus nullam in eo causam mortis inuenisset, dixit ad eos: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Sed tandem inualescen-

De Ioseph, qui vltimũ Christi aduentũ adhuc viuus expectat

lescen

lescentibus clamoribus Iudęorũ, Pilatus dimisit illis Barrabam ad petitionẽ illorũ, & tradidit eis Iesum, vt crucifigeretur. Trahentibus aũt Iudęis Iesum extra prætorium, cùm venisset ad ostium, Cartaphilus prætorij ostiarius & Pontij Pilati, cùm per ostium exiret Iesus, pepulit eũ pugno cõtemptibiliter post tergum, & irridẽs dixit: Vade Iesu citius, vade, quid moraris? Et Iesus seuero vultu & oculo respiciens in eum, dixit: Ego vado, & expectabis donec veniam. Ac si iuxta Euangelistam diceretur: Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo: tu aũt, secundum aduentum meum expectabis. Itaq; iuxta verbum Domini expectat adhuc Cartaphilus ille, qui tempore dominicæ passionis erat quasi triginta annorũ, & semper cùm vsq; ad centũ attigerit ætatẽ redeuntium annorũ, corripitur quasi incurabili infirmitate, & rapitur quasi in extasim: & conualescens, redit rediuiuus ad illum ætatis statum, quo fuit anno quando passus est Dominus, vt verè possit dicere cum Psalmista: Renouatur vt aquilæ iuuentus mea. Verùm post passionem Domini, crescente fide catholica, idem Cartaphilus baptizatus fuit ab Anania, qui baptizauit B. Paulum Apostolum, & vocatus est Ioseph. Habitat autẽ frequenter in vtraq; Armenia, & in alijs regionibus Orientis, viuens inter episcopos & alios ecclesiæ prælatos: homo sanctæ cõuersationis & religionis, pauca habẽs verba & circũspecta, vt qui nihil loquitur, nisi ab episcopis & viris religiosis fuerit requisitus. Et tũc refert de rebus antiquitatis, & de ijs quę gesta fuerant in passione Domini & resurrectione, & de testibus resurrectionis, illis videlicet qui surrexerũt cũ Christo, & venerũt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Refert etiam de symbolo Apostolorũ, & eorum diuisione & prædicatione, & hoc sine risu & omni leuitate verborũ, & nota repræhẽsionis vel redargutionis, vt qui magis versatur in lachrymis & timore Domini, metuens semper & suspectũ habens aduentũ Iesu Christi in igne, sæculum iudicaturi, ne ipsum in vltimo examine inueniat iratũ, quẽ ad passionem properantẽ irridens ad dignam prouocauit vltionẽ. Veniunt ad eum multi de remotis mundi partibus, delectantes in eius visione & cõfabulatione, quibus si sint viri autẽtici, de rebus interrogatis breuiter soluit quæstiones. Munera omnia sibi respuit oblata, victu moderato & vestitu cõtentus. In hoc semper ponit suæ spem salutis, quia ignorans deliquit, dicẽte Domino, & orante: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Paulus sī quidem, per ignorantiam qui peccauit, gratiam promeruit. Similiter & Petrus, qui per fragilitatẽ, id est, timorem, Dominũ negauit. Iudas aũt, qui per iniquitatẽ, id est, cupiditatẽ, Dominũ tradidit, effusis visceribus se laqueo suspendens, sine spe salutis vitam infœlicẽ terminauit. In hac ratione sibi spem Cartaphilus ponit indulgẽtiæ, errorẽq; suũ quo tueatur habet. Percuntatus

leſcentibus clamoribus Iudęorũ, Pilatus dimiſit illis Barrabam ad petitionẽ illorũ, & tradidit eis Ieſum, vt crucifigeretur. Trahentibus aũt Iudęis Ieſum extra prætorium, cùm veniſſet ad oſtium, Cartaphilus prætorij oſtiarius & Pontij Pilati, cùm per oſtium exiret Ieſus, pepulit eũ pugno cõtemptibiliter poſt tergum, & irridẽs dixit: Vade Ieſu citius, vade, quid moraris? Et Ieſus ſeuero vultu & oculo reſpiciens in eum, dixit: Ego vado, & expectabis donec veniam. Ac ſi iuxta Euangeliſtam diceretur: Filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de eo: tu aũt, ſecundum aduentum meum expectabis. Itaq; iuxta verbum Domini expectat adhuc Cartaphilus ille, qui tempore dominicæ paſsionis erat quaſi triginta annorũ, & ſemper cùm vſq; ad centũ attigerit ætatẽ redeuntium annorũ, corripitur quaſi incurabili infirmitate, & rapitur quaſi in extaſim: & conualeſcens, redit rediuiuus ad illum ætatis ſtatum, quo fuit anno quando paſſus eſt Dominus, vt verè poſsit dicere cum Pſalmiſta: Renouatur vt aquilæ iuuentus mea. Verùm poſt paſsionem Domini, creſcente fide catholica, idem Cartaphilus baptizatus fuit ab Anania, qui baptizauit B. Paulum Apoſtolum, & vocatus eſt Ioſeph. Habitat autẽ frequenter in vtraq; Armenia, & in alijs regionibus Orientis, viuens inter epiſcopos & alios eccleſiæ prælatos: homo ſanctæ cõuerſationis & religionis, pauca habẽs verba & circũſpecta, vt qui nihil loquitur, niſi ab epiſcopis & viris religioſis fuerit requiſitus. Et tũc refert de rebus antiquitatis, & de ijs quę geſta fuerant in paſsione Domini & reſurrectione, & de teſtibus reſurrectionis, illis videlicet qui ſurrexerũt cũ Chriſto, & venerũt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Refert etiam de ſymbolo Apoſtolorũ, &